EPITOME OPINIONVM MORALIVM,

Tum earum, quæ certæ ſunt; tum quæ certò probabiles, & in praxi tutò teneri poſſunt.

Cum Diſcurſu circa opiniones probabiles, & Appendice Caſuum valde Notabilium.

Authore R. P. ANDREA MENDO, Locrunienſi, è Societate IESU in Prouincia Caſtellana: Regum Catholicorum PHILIPPI IV. & CAROLI II. Concionatore; Supremi Hiſpaniarum Senatus Fidei Cenſore; olim Salmanticæ Theologiæ Profeſſore, ac Sacræ Scripturæ Interprete, & inibi Examinatore Synodali. Es del Colº Rl. de la Compª de Jhs. de Salamanca

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.

LVGDVNI,
Sumpt. LAVR. ARNAVD, PETRI BORDE, & Soc.

M. DC. LXXIV.
Cum Approbatione, & Priuilegio.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ILLVSTRIS. ET REVERENDIS.

DOMINO DON IOAN. CARAMVEL

Epiſcopo Bigebenſi.

F*Lumina*, ILLVSTRISSIME ANTISTES, *etiam è remotiſſimis fontibus erumpentia, per ſcopulos, per ambages, per inuia pelagus auidiſſimè quærunt. Quidni riuulus hic moralis Theologiæ Te ſcientiarum pelagus adhuc è longin-*

Facultas Reuerendiſſimi Patris Generalis Societatis IESV.

CVm Opus, cui Titulus *Epitome Opinionum*, à P. ANDREA MENDO noſtræ Societatis Sacerdote conſcriptum aliquot eiuſdem Societatis Theologi recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint, poteſtatem facimus, vt Typis mandetur, ſi iis ad quos pertinet, ita videbitur. Dat. Romæ 31. Aug. 1673.

IOANNES PAVLVS OLIVA.

Approbatio Doctorum Sacræ Facultatis Pariſienſis.

E*Pitome Opinionum Moralium*, Authore Reu. Patre ANDREA MENDO è Societ. IESV, luce dignum iudicauimus poſt accuratum examen, nos infraſcripti Doctores Theologi Facultatis Pariſienſis, vtpote nihil continens, quod probos mores non ſapiat, Fidemque non redoleat Orthodoxam. In quorum fidem, &c. Dat. Lugd. die Septemb. nona 1673.

Fr. PAVLVS LOMBARD.

Fr. E. VIAL.

Facultas R. P. Prouincialis Soc. IESV in Prouincia Lugdunenſi.

STephanus de Champs Prouincialis Societ. IESV in Prouincia Lugdunenſi, iuxta Priuilegium eidem Societati à Regibus Chriſtianiſſimis Henrico III. 10. Maij 1583. Henrico IV. 20. Decemb. 1606. Ludouico XIII. 14. Februarij 1611. & Ludouico XIV. nunc regnante 20. Decemb. 1650. conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne Libros ab eiuſdem Societatis hominibus compoſitos abſque Superiorum permiſſione imprimant, permittit LAVRENTIO ARNAVD, & PETRO BORDE huius Ciuitatis Bibliopolis, vt Librum, cui inſcriptio eſt, *Epitome Opinionum Moralium, Authore P. Andrea Mendo Societat. IESV*, ad nouem proximos annos imprimere ac liberè diuendere poſſint. Dat. Lugduni 16. Octob. anno 1673.

STEPHANVS DE CHAMPS.

EPITOME OPINIONVM MORALIVM,

Per literas Alphabeti diſpoſita, vt breuiùs, ac dilucidiùs opiniones reperiantur.

A

Abbas.

1 ABbas, & quivis Prælatus (quocumque nomine nuncupetur) habens territorium nullius diœceſis, plenamque in eo iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poteſt vigore Tridentini abſoluere à quovis caſu occulto Papæ reſeruato, (non eſt ſermo de caſibus Bullæ Cœnæ, de quo alibi) & diſpenſare in quauis occulta irregularitate prouueniente (1) ex delicto, præterquàm ex homicidio voluntario. Nam id concedit Tridentinum Epiſcopis, quorum nomine cum in Iure ſæpè veniant illi Prælati, non eſt, cur non veniant in hoc Decreto, quod eſt in corpore Iuris: & quidem poteſtas ex Iure competens latè eſt

1. Rodrig. *tom.* 1. *qq. Reg. q.* 24. *art.* 12. & 17. *ac q.* 61. *art.* 9. Sayrus.